Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Summulae dialecticae - Cod. Ettenheim-Münster 137

Herele, David

[S.l.], [18. Jahrh.]

[Text]

urn:nbn:de:bsz:31-111525

Visual Library

Solet hodie in scholis tractatui Logicæ præmitti compendiosa terminorum explicatio quorum frequens mentio redit in philosophiæ decursu, ut vel hac de causa eorum notitia summè necessaria sit. Accedit, quòd non omnes difficultate careant, quam, ut discentes facillius assequantur: oportet paulò fusius proponere. Interim animus non est, omnes omnino terminorum divisiones huic compendio inserere, sed eorum solummodo, qui in Logica deinceps frequentius usui erunt, aut in quorum intelligentia de Philippi mente discessero.

QVÆSTIO PRIMA.
De Terminis.

SECTIO PRIMA. DEFINITUR Terminus.

Sermo est de termino Logicè sumpto, quo sensu definitur ab Arle l. 1mo priorum c. 1mo. Is in quem resolvitur propositio iuxta quam acceptionem tantum prædicatum et subiectum erunt termini, quia in illa sola resolvitur propositio, ut diximus in explicatione Philippi.

Definitur terminus ab Arle. is in quem resolvitur propositio. Unde copula excluditur, in illam non resolvatur propositio.

Arriaga disputatione 1ma. § 1. Numero 5to ad mentem Arlis clarius definit terminum, quod sit extremum propositionis.

2do quod sit extremum propositionis

Solvuntur abstractas contra definitionem termini obiectae.

idem docent Hurtadus d. 1. S. 2. Tolletus L. 1. c. 10. Fonseca L. 6. c. 9. Ratio tum quia in quaestione de nomine communior sententia praeferenda, tum quia sic optimè declaratur, quomodo à ratione termini excludatur unio seu copula, haec enim eò ipso quòd uniat extrema, non est extremum, et consequenter neque terminus.

Excluditur à termini ratione copula, quae non est extremum.

Obiicitur primò ex allatâ definitione sequitur vocem Scyndapsus esse terminum, et non esse terminum, quae sunt contradictoria, sequela probatur, quod ad 1mum mm ex hâc propositione. Scyndapsus est syncategorema, cuius enuntiationis extremum est to scyndapsus, ergo est terminus. probo nunc etiam alterum mm, quod non sit terminus. Terminus debet esse aptus locutioni humanae, et supponere pro aliquâ re distincta à termino; atqui scyndapsus non est vox apta locutioni humanae, neque ex impositione hominum significat aliquid distinctum à se, ergo non est terminus, ergo sequitur ex allatâ definitione to scyndapsus esse terminum, et non esse terminum, quae sunt contradictoria.

Respondeo ad obiectionem concedendo 1. mm quod sit terminus, nego 2 mm ad argumentum in contrario dico ad rationem termini sufficere, ut supponat pro se ipso quod dum negant adversarii faciunt

Sufficit ad rationem termini ut supponat pro se ipso.

Solvuntur obiectiones q. defiant Fini obiectae.

Quaestionem de solo nomine, et tenentur ostendere suum loquendi modum esse communiorem. Mihi videtur probabilius quod etiam sint categoremata proprie mereantur vocari termini, imo et litterae, verba, adverbia, coniunctiones interiectiones cum solae ponuntur, quia eadem proprietate, qua dicitur plictri est vox potest pariter dici amo est verbum bene est adverbium

Syncategoremata proprie vocari merentur termini, quia possunt supponere pro se ipsis.

Obiicitur secundo sequens propositio, quod Petrus currat est contingens, in qua enuntiatione iuxta nostram sententiam non posset assignari subiectum: si enim dicas (ut revera debes) totum hoc quod Petrus currat esse subiectum, contra urgeri potest, quod iuxta te terminus seu subiectum debeat esse extremum, atqui id quod assignasti loco subiecti est integra propositio, ergo nec erit subiectum, quod est contra communem et contra te ipsum.

Respondeo to quod Petrus currat esse quidem propositionem, sed propositioni non repugnare, ut respectu alterius sit subiectum: et tunc enuntiatio non sumitur formaliter sed materialiter, atqui de tota

Integra propositio respectu alterius est subiectum.

Similitudo, quomodo possit esse respectu alterius subiecti.

indiuisibiliter sumptâ affirmats aliquid, ita à pari repugnat quidem, ut tota manus sit pars sui ipsius, non tamen repugnat, ut sit pars respectu brachii et totius hominis. Ex dictis colliges copulam est ex natura sua talem esse, ut in illam non possit resolui propositio, quia eiusmodi resolutio est formaliter destructiua nexus extremorum, copula enim est nexus, siue unio. Vnde iterum patet quòd copula nunquam possit participare denominationem extremi seu termini; qui ablato nexu manent saltem in potentia.

SECTIO 2da. DE Termino mentali, uocali et scripto.

Termini uocales et scripti non sunt proprie termini, quia non sunt proprie propositiones sed tantum signa interni consensus uel dissensus.

Dico 1mo terminos uocalem et scriptum non esse proprie terminos. Ratio conclusionis est, quia etiam propositio uocalis ac scripta non affirmando proprie, nec in rigore sunt propositiones, sed tantum signa interni consensus uel dissensus, à quo illae denominants extrinsece enuntiationes; nos ergo qui indagamus terminum propositionis propriae dictae, consequenter negamus terminum uocalem et scriptum in rigore uocari terminos.

Dico 2do terminum mentalem esse proprie terminum. deducitur ex priori conclusione, quia nimirum est extremum propositionis propriae dictae, quae verè aliquid affirmat aut negat. ita Arriaga d. 1. s. 2da Hurtadus d. 1ma. s. 3bia et apud hunc alij.

Terminus mentalis est proprie terminus, quia est extremum propositionis proprie dictae

Promeliori tamen intelligentia notandum est discrimen inter propositionem formalem et obiectivam, haec est obiectum circa quod versatur illa. V. G: cum in mente dicis homo est animal mentalis et interna cognitio, qua hominem affirmas esse animal, est propositio formalis; ipse verò homo affirmat esse animal et substans huic cognitioni, est propositio ~~formalis~~ obiectiva. hoc posito dicendum est, terminum mentalem tantum reperiri in propositione obiectiva, nam in formali non existunt proprie subiectum et praedicatum, ergo neque termini, in obiectiva verò reperiuntur, ergo in illa sola existit proprie terminus mentalis.

formalis propositio discrepat ab obiectiva, quia formalis est ipsa cognitio, quae aliquid affirmo, obiectiva verò quae aliquid affirmat substans cognitioni.

Terminus mentalis tantum reperitur in propositione obiectiva quia in formali non existunt proprie subiectum et praedicatum

Obicies in hac propositione, Petrus est homo to petrus et to homo sunt extrema propositionis, quae extrema sunt termini vocales; nam uti pauli ante concessimus non cognitio, quà cognoscitur petrus est homo, sed id quod substat cognitioni, est proprie terminus; atqui

cognitioni substat haec vox Petrus ergo erit terminus proprie dictus: atqui vox Petrus est terminus vocalis, ergo terminus vocalis proprie est terminus, quod est contra concessa.

Respondeo praedictas voces esse extrema propositionis non qua tales, sed quatenus per illas innotescit conceptus, qui formaliter est id, quod tribuit denominationem praedicati et subiecti, ac proinde conceptus per vocem expressus erit terminus ut quo res per conceptum significatae erunt terminus ut quod, vox vero erit tantum instrumentum, mediante quo conceptus exprimitur, neque refert quod propositio obiectiva non sit extrema natura sua affirmativa vel negativa, nam ad denominationem verae propositionis plus non requiritur, quam ut contineat id, supra quod cadit formaliter affirmatio vel negatio, de quo plura suo loco.

Conceptus per vocem expressus est terminus ut quo. Res vero per conceptum significatae sunt termini ut quod.

Ad propositionem veram requiritur ut contineat id supra quod cadit formaliter affirmatio et negatio.

SECTIO TERTIA.

De termino categorematico et syncategorematico.

Terminus categorematicus definitur ab Arriaga d. 1. s. 4. qui per se sine additamento aliquid significat, et poni potest in propositione.

Terminus categorematicus est qui per se sine additamento aliquid significat et poni potest in propositione.

Syncategorematicus vero, q per se nihil significat, contra hanc definitionem obiicit sibi ipsi citatus auctor, inde colligi, quod nomina adiectiva non sint pure ~~syn~~categorematica, et asserit quod ex 2 ee. partim syncategorematica eo quod, inquit, tam parum intelligo dum audio vocem albus donec addatur paries, quam tum audio vocem nullus.

Terminus syncategorematicus est q per se nihil significat.

Hanc opinionem refutat quidam recentior, et simul soluit argumentum dicendo, nomina adiectiva in ratione extremi non esse omnium imperfectissima, sed posse per se esse perfecte extremum, id quod pure syncategorematicis non conuenit.

Adiectiva non sunt omnium imperfectissima rationes, quia possunt esse per se perfecte extremum propositionis.

Haec responsio non videtur efficaciter urgere contrarium, in qua tantum assignat discrimen inter terminum categorematicum et syncategorematicum pure talem, cum tamen Arra dicat adiectiva non esse pure syncategorematica: sed partim categorematica, ut nemo quia vox non videtur imperfectior, quam vocem albus sed aequali proprietate usurpari pro extremo propositionis.

Secundo cum ad rationem extremi plus non requiratur, quam ut terminus sufficiat aliquid, etsi indistinctum a se, velut cum dico Plutarchus est syncategorema sequitur terminum syncategorematicum aeque perfecte participare denominationem extremi licet non aeque perfecte et per se significet ex placido hominum, ut recte asseruant Arriaga et Mendoca:

Syncategorema perfecte participat denominationem extremi, quia significat aliquid etsi indistinctum a se.

atq; adeo cum dico plictri est syncategorema aeque ~~perfecte~~ proprie est extremum to plictri, quam nomen albus in hac propositione. homo est albus. ergo plictri et vox nemo ac omnis terminus mixtus per hoc non excluditur à categorem, quod non perfecte per se sit extremum.

Adiectiva excluduntur à syncategorematicis quia plus significant quam syncatema.

Forte rectius ad argumentum Arrae respondeo negando quod adiectiva sine addidamento non perfectius significent, quam nomen omnis vel actum syncatema. Ratio disparitatis est, quia adiectiva sunt nomina expressa sui institutione apta ad significandum certam aliquam rem, sive duas res, quarum utraque seorsim spectata, et in recto perse poni potest in enuntiatione. E.G. albus est concretum significans subiectum albedinis, atqui tam subiectum quam albedo per se proxime apta sunt praedicari: ergo adiectivum albus est nomen expressa impositione aequivalens duabus vocibus, quae singulae sunt categoricae: quod de syncatemate dici non potest, ut fatetur ipse Arra, nec de termino mixto quia sic includit saltem unum syncatema quod per se nihil significat sine addidamento. Adeoque stante definitione citati A: adiectiva hac explicatione nostra commode defendi potest, quod adiectiva sint purè categorica, quae sententia, utpote communis, mihi quoque magis placet.

Excluduntur 2do à syncatemate, quia aequalent duabus vocibus, quae sunt categoricae. et apta sunt praedicari, quod non conveniunt syncatematis et mixtis.

Adiectiva sunt purè categorica secundum citati autoris definitionem.

Contra sententiam Arrae est, quod teneatur concedere

etiam illa nomina, quæ significant per modum adiectivorum esse partim syncata, eo quòd in aliquo important formam eodem plane modo quo adiectiva: nam pater importat paternitatem sicut album albedinem. Dicat ergo hic A cur habens paternitatem sit terminus categoricus. et non etiam habens albedinem? certè qui consequens vult loqui et de utroque negare debet esse purum categorema, et de utroque concedere.

Dices album est concretum importans formam in obliquo; atqui obliquum est syncata, ergo album importat syncate, ergo est terminus partim syncatecus.

Respondeo ad terminum mixtum requiri, ut si utrumque involuatur in recto alterum nihil per se significat; at si albedo quæ est forma denominans subiectum ponatur in recto, iam erit categorema uti prius notavi. Unde hæc obiectio me confirmat, ut sentiam adiectiva esse purè categorea.

Termini mixti, si utrumque consideratur in recto, alterum significatum nihil per se significat.

SECTIO 4ta DE termino concreto et abstracto.

Terminus concretus definitur à philo esse is qui formam et subiectum significat, quod papea explanans aiit, per formam intelligi omne id, quod alteri aliquam appellationem tribuit.

Refutatur philippus.

non placet hæc explicatio, quia per illam terminus abstractus à concreto non rectè secernitur; nam iuxta citatum Arubedo est abstractum rubri, et tamen accipit denominationem rubedinis à colore, ergo rubedo est terminus concretus; sic dulcedo à cognitione accipit denominationem cognitionis, imo vix ullus terminus abstractus est, qui non possit ab alia forma denominationem aquire, ergo omne abstractum erit concretum.

Terminus concretus significat aliquam rem per modum compositi.

Abstractus verò per modum simplicis.

Lorinus hic parte 2 ca 1 definit concretum esse terminum qui significat aliquam rem per modum compositi: abstractum vero qui significat per modum simplicis. Ex qua definitione eruitur ratio, cur albedo E G: sit terminus abstractus, licet constet partibus, quæ scilicet significat per modum simplicis; album verò per modum compositi. Ita homo, Deus, animal sunt termini concreti, quia animalitatem Deitatem humanitatem in obliquo per modum compositi significant, non ideo, quod hæc forma realiter differant à subiecto, et quod Deus verò sit ens compositum, sed tantum quod per nostrum modum concipiendi admittat compositionem rationis, hoc enim in Deo nullam imperfectionem infert, sed potius in nostro intellectu.

Quæritur cur humanitas significat per modum simplicis, cum tamen, materia, anima, unio, sint partes humanitatis, sicut humanitas est pars hominis?

Respondetur disparitatem desumendam esse ex vario modo significandi partes; nam concretum homo communiter importat partes suas inaequaliter, hoc est subiectum in recto, et formam in obliquo. At vero humanitas importat omnes in recto: nam quaerenti quid sit humanitas respondetur: est materia anima et unio: quaerenti vero quid sit homo respondetur est habens humanitatem. De quo plura alias.

Ratio quare humanitas significet per modum simplicis quod omnes importet in recto.

Dices quaerenti quid sit homo, optime respondetur, est animal rationale, ergo prior explicatio non est bona, sequitur enim terminus homo significari per modum simplicis, et esse abstractum. Respon: hic nobis sermonem non esse de quibus tibi conceptu hominis per genus et differentiam explicato, sed de partibus dialecticè explicatis, stando in ratione termini qua talis, non vestigando rei naturam, et ideo in nostro sensu partes huius termini homo erunt habens et humanitatem. Partes vero humanitatis erunt materia et forma, quae ab humanitate non importantur per modum subiecti dicendo humanitas est habens materiam et formam et unionem, sed potius humanitas est materia forma et unio alias si istius modi abstracta quae constant materia et forma exponenda essent per to habens formam procederemus in infinitum.

Qua in re ultimatè recurrendum est ad communem modum doctorum similes terminos exponentium; nec attendi debet quod dici possit, sed quod plerumque soleat.

SECTIO 5ta De termino absoluto et connotativo.

Terminus absolutus est, qui significat rem ad modum per se stantis.

Connotativus verò qui significat rem ad modum alteri adiacentis.

Arra d. 1 8 4 definit terminum absolutum esse eum, qui significat rem ad modum per se stantis; ita ut ratio terminorum ex re significata, sed ex modo eam significandi designatur. Et contra connotativus erit, qui significat rem ad modum alteri adiacentis. Significare autem ad modum per se stantis est significare rem, quae ad suum statum non egeat alio: per modum vero adiacentis significare, innuit rem ita significatam egere ad suum statum alio

Termini connotativi important formam tantum in obliquo.

Nota terminos connotativos importare formam tantum in obliquo; aliqua cum duo tales termini de se affirmantur, verbi G. album est dulce redderetur haec propositio falsa, quantum vis revera in uno eodemque subiecto esset dulcedo et albedo; nam hi duo abstracti si importentur in recto, debent posse de se invicem affirmari, dicendo. albedo est dulcedo: quod tamen falso dicitur: è contra verissimum est, quod subiectum dulcedinis sit subiectum albedinis; de quo plura in sequenti sectione.

Omnia ~~adiectiva~~ substantiva sunt termini absoluti.

Ex his colliges primo cum Hurtado 59 parte 8 omnia substantiva non relativa, esse terminos absolutos.

quia significant ad modum per se stantis. idem dic de adiect. substantivè acceptis sicut terminus album interdum sumitur substantive.

adiectiva cum sumuntur substantive sunt termini absoluti.

Colliges 2do terminos connotat: et concretum habere se per modum excedentis et excessi; nam licet omnis connotativus sit concretus non tamen omnis concretus est connotativus sic homo est concretum at non est connotativum.

terminus absolutus et connotativus discrepant quia omnis ~~[illegible]~~ connotativus est concretus, non tamen omnis concretus est connotativus.

Colliges 3tio nomina relativa quae in modo significandi comparantur cum adiectivis ut pater rectius inter connotativa poni, eo quod more adiectivorum significent formam per modum adiacentis; neque enim ad statum Pauli spectat habere paternitatem, sicut ad statum parietis non pertinent habere albedinem, ergo sicut to albus non significat ad modum per se stantis, ita nec pater, aut reliqua relativa.

omnia adiectiva et relativa adiective significantia sunt termini connotativi, quia significant per modum adiacentis

Obiicit Mon. pa 287 ex hac sequi etiam matricam forma cognitio esse terminos connotativos, quia matrica connotat formam forma matricam, cognitio obiectum.

Respondetur negando paritatem, nos enim prius locuti sumus de relatione praedicamentali, non de quo cumque respectu. et miror sane Hurtadum inter terminos matrica cognitio facere paritatem, cum terminus filius

Pater cum tamen discrimen ad oculum pateat: nam pater ita respicit filium, ut illo solo sublato pereat denominatio patris, et paternitas utique est forma, quae pars patris reduplicative sumpta, homini vero qui est pater tam est contingens quam albedo parieti: nihil horum reperitur in termino materia haec enim tamen aliter respicit formam; nam si materia sine forma divinitus servaretur, maneret adhuc tamen id quod significatur per nomen materia ergo materia ablata tamen aliter respicit formam, quam pater filium, quia ablata forma manet adhuc tota denominatio materiae, sed ablato filio non manet amplius denominatio patris, forma enim non est pars materiae sicut filius est pars patris qua talis; denique materiae connaturaliter debetur forma sed petro et G non debetur paternitas, ergo allata exempla Mendocae nihil evincunt.

SECTIO SEXTA.

De termino denominativo et denominante

Varias huius termini acceptiones affert Philippus, quas utpote minus necessarias omitto. ergo

Generaliter loquendo accipitur terminus denominans pro eo, qui significat praedicatum aliquo modo separabile ab eo, quod denominatur: ita sanctus respectus Petri

Terminus denominans est qui significat praedicatum aliquo modo separabile ab eo, quod denominatur, quocunque Deinde modo sive per conceptum sive realitatem

Impius respectu Judae dulcedo respectu lactis sumitur.

Dividi solet communiter denominatio in essentialem et materialem; sive ut alii loquuntur, idem terminus interdum sumitur essentialiter, interdum denominative: in Exemplo Terminus dulce tunc sumitur essentialiter quando sumitur secundum id ratione cuius de suo materiali significato vere potest praedicari; quod tunc contingit, quando utrumque significatum tam formale quam materiale accipitur in recto.

Denominatio est duplex essentialis et denominativa

Essentialiter est quando utrumque significatum tam formale quam materiale accipitur in recto.

Denominative vero sumitur, quando solum materiale significatum importatur in recto, formale in obliquo. Unde diligenter attendendum est, quando in enuntiatione sumatur terminus, nam diversa ratione acceptus propositionem falsificat. Et cum dico paries est albus praedicatum albus potest sumi denominative et essentialiter; si priore modo sumatur vera erit propositio, si posteriori modo, erit falsa. Ratio clara est, quia praedicta enuntiatio ut sit vera, debet esse talis, ut recti ex parte subiecti et praedicati adaequate inter se identificentur: atqui si ita albus sumitur essentialiter, importabit albedinem in recto, et debet hoc modo resolvi: paries est

Denominative quando solum materiale significatum importatur in recto et formale in obliquo.

Denominatio in diversa ~~significatione~~ ratione sumpta falsificat.

subiectum et albedo. Ubi vides albedinem in recto praedicari de pariete, et consequenter cum illo in endifi-cari, quod fieri non potest; ergo si terminus albus sumitur essentialiter, iam hoc ipso propositio affirmativa erit falsa: negativa autem erit vera, utpote prioris contradictoria; et faceret hunc sensum paries non est subiectum et albedo quod tam verum est, quam vera est haec enuntiatio: homo non est rationalis et rugibilis, nam aeque repugnat, ut paries dicatur esse albedo, quam ut homo dicatur esse rugibilis.

Denominative accepta propositio est vera.

Iam vero si eadem illa propositio paries est albus sumatur denominative erit vera, quia facit hunc sensum: paries est habens albedinem ubi vides formam importari in obliquo, quae non indendificatur cum subiecto, nam tantum recti praedicati et subiecti invicem indendificantur, hoc est identitas quomodo unus affirmatur, tantum affirmatur dari inter rectum praedicati et rectum subiecti, atqui inter parietem et inter habens vero affirmatur identitas. Ergo propositio tali modo accepta est vera.

Ex hoc colliges quomodo aliae propositiones etiam cum tum, quando termini sumuntur denominative sint falsae vel verae; [illegible] cum dico aethiops est albus

erit propositio falsa, licet praedicatum sumatur denominative, nam etsi albedo sumatur in obliquo, et non affirmetur de aetiope in recto, tamen affirmatur in esse aetiopi velut subiecto quod falsum est, quod suo loco prolixius tractabimus.

Quaeres an risibile respectu hominis, rugibile respectu Leonis et similes proprietates metaphisicae sint denominantes? ratio dubitandi est, quia non possunt separari à subiecto cum tamen in definitione termini denominantis requiratur ut possit separari.

Respondetur ideo in definitione additas fuisse particulas aliquo modo, quae limitatio ideo est adiecta ut inde colligatur non necessario requiri distinctionem realem sed sufficere distinctionem rationis, quae etiam in eiusmodi metaphisicis proprietatibus reperitur.

Ad terminum denominantem non regitur realis distinctio sed sufficit distinctio rationis seu conceptus.

Ex dictis colliges, id cui per huiusmodi separabile praedicatum appellatio communicatur, esse terminum denominativum: sic candidus erit terminus

Denominativum accipit appellationem per huiusmodi separabile praedicatum

denominatis accipiens denominationem ab obstracto candor quod est praedicatum à suo denominato separatum.

SECTIO 7 TAMA

De termino finito et infinito positivo et negativo.

Terminus finitus est qui aliquid determinate significat.

Terminus finitus communitus est illa qui aliquid determinate significat ut homo Leo canis.

Infinitans est qui aliquid determinate negat, et nihil determinate affirmat.

Infinitans vocatur, qui cum aliquid determinate negat nihil tamen determinate affirmat; ut non homo non Leo. Qui termini adeo nihil determinant, ut de rebus omnibus possint praedicari. illâ re exceptâ quam negant: ita to non homo potest praedicari de Deo Angelis, lapide dicendo Deus est non homo, lapis est non homo, et sic de aliis terminis excepto termino homo cui particula ~~Non~~ Non non praefigitur, nam qui diceret homo est non homo: falsum diceret.

Particula non si immediate spectat ad copulam facit ex affirmativa negativa et negativa affirmativa. Et tunc est terminus negans.

Ad meliorem huius termini intelligentiam notandum est particulam Non vocari et esse naturae malignantis, eo quod neget, quidquid post se invenit, sensus est. Quotiescunque haec particula immediate afficit copulam, hoc ipso naturam propositionis immutat, et ex affirmativa facit negativam, et negativa affirmativam, et tunc terminus non dicitur infinitans, sed negans.

Terminus autem infinitans debet aliquid saltem indeterminate affirmare, et aliquid determinate negare, v. g. cum dico Leo est non homo hic aliquid quod non est homo affirmatur de Leone et determinate negatur aliquid de homine. requiritur ergo ut praedicta particula NON immediate afficiat terminum, nam si spectet immediate ad copulam nihil affirmabit, sed totam propositionem reddet negativam.

Trans. infinitans est aliquid determinate affirmare et aliquid determinate negare.

Particula Non si immediate spectat ad copulam nihil affirmat sed omnia negat.

Obiici potest, ex hoc sequi hanc propositionem: non omnis homo est animal esse affirmativam et veram. probo sequelam. illa propositio est affirmativa in qua particula NON immediate afficit nomen et cum dico. Non homo est lapis, atqui in priori propositione haec particula NON immediate afficit terminum omnis qui est nomen ergo erit affirmativa.

Unde ulterius sequitur has duas propositiones: omnis homo est animal et non omnis homo est animal non esse contradictorias, nam inter contradictorias altera necessario est negativa, hic vero utraque esset affirmativa, ergo non essent contradictoriae. Item utraque esset vera, ut consideranti patet: ergo a primo ad ultimum falsum est hanc solum propositionem aliquam esse negativam, quando particula negativa immediate afficit copulam.

propositio tunc affirmativa in qua partia non immediate afficit nomen quod aliquid determinate significat, et si nomen est categoricum, aut si syncategoricum sumitur in sensu materiali.

Respondetur negando sequelam. Ad probationem dico illam propositionem esse affirmativam in qua particula NON immediate afficit nomen, quod nomen sit vox categorematica, vel sit nomen syncategorematicum sumatur in sensu materiali. Et hoc cum dico omnis est signum universale si vero haec vox omnis sumatur in sensu formali et syncategorematico: sicut in hac propositione revera sumitur, cum dico non omnis homo est animal tunc nego particulam non illi immediate praefixam facere sensum finitantem, quia tunc vere et immediate spectat ad copulam, et non ad subiectum, et verissimum est, quod omnia immutet, quae post se invenit.

Probo id clarius per has duas propositiones omnis homo est animal et aliquis homo non est animal quae duae propositiones sunt contradictoriae, ergo haec propositio omnis non homo est animal non est negativa, sed universalis affirmativa: alias ipsius contradictoria deberet esse affirmativa, quod est falsum.

Partia negativa immediate ante signa posita facit propositionem negativam. Ratio est quia signa nihil determinate significant.

Ex hac responsione colliges imo quotiescunque particula negativa ponitur immediate ante has voces omnis nullus semper propositionem fieri negativam. Et hoc non omnis studiosus est doctus est propositio negativa, quia ipsius contradictoria est haec omnis studiosus est doctus sed inter contradictas

semper una ē negativa altera affirmativa ergo &c.

Ratio fundamentalis ē, quia ad terminum infinitantem requiritur, ut aliquid determinate neget: sed nisi particula negativa praeponatur alicui termino aliquid determinate affirmanti, tunc nihil determinate negat; atque hi termini nullus, omnis aliquis nihil determinate significant, ergo particula negativa illis praeposita nihil determinate negat: ergo immediate spectat ad copulam, et naturam totius propositionis immutat.

Colliges 2do non fallere argumentationem a sensu negativo ad infinitum, nam haec consequentia falsa est, Petrus non ē pius, ergo ē impius. Ratio ē, quia plus requiritur ad terminum infinitum quam ad negativum. Declaro rem in exemplo. Infans unius diei non ē pius, et tamen non licet inferre ergo ē impius: nam ad denominationem pii requiritur positivus actus pietatis seu virtutis, quam infans obligatum usum rationis non potest exercere. Item infans non ē impius, quia ad denominationem impii requiruntur positivi actus voluntatis vitiosi et mali, quibus deus positive offenditur, ad quos etiam exercendos infans proxime non ē capax propter defectum libertatis

Argumentatio a sensu negativo ad infinitum non valet, quia plus requiritur ad terminum infinitum quam ad negativum.

ergo à termino ad ultimum infans nec est pius nec est impius.

Terminus positivus est, qui aliquid reale, et non moram absentiam significat.

Terminus positivus est, qui aliquid reale, et non moram absentiam significat.

Negativus est, qui significat carentiam alterius rei in subiecto, quod contingit tripliciter modo. 1mo potest significare carentiam rei abstrahendo an subiectum sit capax formae vel incapax. Secundo potest significare absentiam formae in subiecto capaci, et tunc dicitur privativus. 3tio significat absentiam formae in subiecto incapaci, et tali modo accepto tunc dicitur stricte et antonomasticè negativus. ita tenebrae, seu absentia lucis in aere est terminus privativus, quia aere est subiectum capax lucis: eadem carentia lucis respectu lapidis est negatio, sive terminus negativus, quia lapis est subiectum inaptum ad recipiendam lucem. Denique do abstrahimus an subiectum sit aptum vel inaptum dicitur absolute terminus negativus.

Negativus est qui significat carentiam alterius rei in subiecto.

Contingit 3ti modo 1o quando significat abstrahendo an subiectum sit capax formae vel incapax. 2do potest significare absentiam formae in subiecto capaci, et tunc dicitur privativus. 3tio in subiecto incapaci. et tunc est terminus stricte et antonomastice negativus.

Terminus absolute negativus est quando abstrahimus an subiectum sit aptum vel inaptum.

SECTIO 8VA.

Aliae quaedam terminorum divisiones explicantur.

De primis et 2 dis intentionibus dispudandi redibit occasio in materia de universalibus, hic brevissime.

Terminus 1mo intentionalitz sumptus est, cum significat rem in dependentem ab operatione intellectus, sive secundum ea quae illi a parte rei conveniunt: ita sumitur canis quando sumitur pro animali latrabili. Econtra si canis accipitur pro specie, quae habet rationem omnibus in divisibus communem, sive prout substat abstractionibus intellectus, erit terminus secundo intentionalitz sumptus, et terminus significat rem secundum ea praedicata, quae habet dependenter ab intellectu.

1a intentio est quando significat rem in dependentem ab operatione intellectus

2da intentio est quando significat rem dependenter ab intellectu

Terminus communis vocatur, qui significat rem pluribus communicabilem ut canis: nam hoc nomen significat naturam caninam, et potentiam latrandi, quae potentia communicabilis est Lipissae et Melampo et singulis canibus in particulari.

Terminus communis significat rem pluribus communicabilem.

Terminus singularis est, qui significat rationem aliquam non pluribus significabilem ut Petrus. hic homo. Melampus. hic canis.

Terminus singularis est, qui significat rationem aliquam non pluribus significabilem.

Et licet plures homines vocentur petri, tamen terminus petrus non est terminus communis, quia a prima sui impositione non habet hoc, ut significet rationem communem pluribus communicabilem, sed ratio propter quam multi vocantur petri est voluntas parentum, et non prima institutio hominum. Igitur Petrus rectius vocatur terminus singularis: qualis terminus etiam est hoc aliquis homo quia indeterminate significat hic vel ille homo, sed ad hunc non exprimitur ratio

communis pluribus communicabilis

Nota cū dicimus ad terminū communē requiri, ut sit communicabilis pluribus esse hunc sensum. Terminus pluribus communicabilis ē ille, q̄ habet ratiōnem pluribus conveniendi ententum. Et ēs terminus homo significat naturam humanam, q̄ ita convenit pluribus, ut de singulis hoc de Petro paulo Quare dici possit Petrus est homo paulus ē hōo: et ita quidem, ut hi omnes in ratione humanitatis communicatae sint plures.

Terminus pluribus communicabilis ē, q̄ habet rationem pluribus conveniendi et q̄ in se multiplex ē.

Unde colliges terminū Deus nō ē terminū commun[illegible] q̄ licet Patri filio et spiritui sancto tribuatur nō tamen multiplicatur.

Unde colliges terminū Deus nō ē terminū commun: ratio ē q̄ Deitas ē ratio communicata tribus personis Patri filio et spiritui sancto, ita tamen ut Deitas nō multiplicetur, q̄ nō sunt plures Dū.

Terminus univocus ē, q̄ pluribus tribuitur in eadem significatione.

Terminus univocus à Philis bene definitur esse is, qui pluribus tribuitur in eadem significatione: ut homo, q̄ secundum idem praedicatum animalis rationalis convenit omnibus individuis.

Terminus aequivocus tribuitur pluribus sub diverso verò praedicato.

Terminus aequivocus convenit quidem pluribus sed sub diverso praedicato. Exemplum canis convenit bruto sub ratione animalis latrālis: constellationi verò convenit sub longe diverso praedicato, et ratio significandi diversa ē propterea vocatur terminus aequivocus. idem dicendum ē de nominibus propriis, q̄ pluribus conveniunt secundum diversa

motiua, et n̄ ex prima institutione uti paluo ante diximus.

Denique Annallagus recte definitur, q plura n̄ aeq primo sigeant, sed unum primario alterum secundario uideatur Philippus tractatu 2 p ama ca amo.

Frag Annallagus est q plura n̄ aeq primo sigeat, sed unum primario, alterum secundario.

QVÆSTIO 2DA

Explicantur aliquae proprietates terminorum.

SECTIO PRIMA DE

Terminorum suppositione.

Si consideretur etimologia huius uocis suppositio idem erit suppositio quod positio unius in uicem alterius, nam suppo ni est loco alterius poni: et quia nos quando loquimur n̄ possumus immediate nostros conceptus depromere ideo in uicem con ceptuum supponimus uoces, quae plane n̄ essent humano usui necessaria, nisi per eas manifestaremus nostros conceptus uti optime observat Mendoca et ex eo Arra hic sectio 6 nu 40.

Suppositio est unius in uicem alterius positio. et supponi loco alterius poni.

Et haec acceptio uidetur omnino conformis esse instituentium menti, q nunquam instituissent uoces, si rem per uoces

significatam possemus sine voce invicem manifestare: hinc Angeli quando invicem loquuntur non utuntur vocibus, sed ad se invicem dirigunt suas cognitiones per actum voluntatis: sed hoc hominibus non concessum est; et ex altera parte valde necessarium est ad commercium humanum, ut unus alteri suas cogitationes et conceptus revelet, quod fit mediantibus vocibus: ergo hae loco conceptuum per vocem significatorum supponuntur.

Discrimen inter supponere et significare.

Ut autem detur discrimen inter supponere et significare, notandum est vocem homo sive ponatur actu in propositione sive non, semper habere aptitudinem ad significandum animal rationale, hoc verò nondum est supponi sed alterius requiritur ut actu usurpetur dicendo homo est animal. Itaque significatio à suppositione vere differt sicut usus rei à re significata.

SECTIO IIDA QUOTUPLEX sit suppositio

SUBSECTIO PRIMA SUPPOSITIO materialis et formalis explicantur.

Suppositio materialis est cum significatio accipitur pro seipsa vox. Est autem duplex intrinseca et extrinseca.

Suppositio materialis est cum vox accipitur pro se ipsa dicendo vox est monosyllabum. Alii noto eundem terminum dupliciter accipi posse materialiter: videlicet materialiter intrinsecè et materialiter extrinsecè; hoc est secundum praedicatum per haec ex natura sua et non praecisè ex libera hominum impositione

E Quum dico vox est syllaba in hac acceptione to vox supponit materialiter intrinsece, revera enim hominis vox ab intrinseco gerit esse syllabam

Intrinseca est, quae habet praedicatum ex natura sua.

Hic vero cum usurpatur secundum praedicata, quae illi ex mero hominum bene placido conveniant, E G vox est categorema vocari solet suppositio materialis extrinseca, quia quod to vox sit terminus categoricus, praecise habet ex hominum bene placido et quidem non a prima impositione.

Extrinseca vero quae habet praedicatum ex mero tantum hominum bene placido.

Interim utraque acceptio est materialis, quia utroibique terminus supponit pro se ipso: quae diversitas bene observata, servit pro captionibus et fallaciis syllogismorum detegendis, ut suo loco dicemus.

Haec diversitas bene observata servit pro captionibus et fallaciis syllogismorum detegendis.

Suppositio formalis est acceptio vocis pro illo, quod quod significandum primo imposita est, ut cum homo sumitur pro animali rationali.

Suppositio formalis est acceptio vocis pro illo, ad quod significandum primo imposita est.

Obiicitur 1o genu est nomen et tamen non declinatur per casus, ergo fallit definitio. Respondeo potest nomina indeclinabilia habere omnes casus integros, licet similiter desinentes, atque ideo declinari quidem in casus, non tamen in casus qui in aequalibus litteris terminantur. Unde Logicus non sumit declinationem in rigore grammatico attendendo terminationem, sed hoc solum attendit, quod per omnes casus de illo aliquid vere affirmari aut negari possit.

Obiicitur 2do ergo plectri et scyndapsus sunt nomina, quae sunt voces declinatae per casus. Respondeo vocem plectri tantum secundum quid et improprie declinari per casus, quae debet illi addi aliud vocabulum ut declinetur. e.g. vox plectri est dissillabus, at vero sine addidamento tam proprie dico genu est afflictivum corporis, afflictio genu est molesta quam proprie dicatur narratio hominis est finita: ergo genu ex prima impositione hominum per casus similiter terminatus vere aliquid distinctum a se significat, quod non significat plectri.

Obiicitur 3tio nomina prandium coena hora significare cum tempore atque sic evadent verba, et debent addi duae particulae sine tempore.

Respondeo tempus vespertinum significare a nomine coena sine actione et affirmatione, quod est significare mortuo quodam modo, quo non designatur actio per quam sciatur an coena sit, vel futura sit vel fuerit.

Verbum ab eodem Nebrisensi bene definitur: vox coniugata per tempora ubi recte advertit Arra. Et citato non debere Logico ultio verti,

si notitiam vocum à gramatico accipiat, eo quod illa notitia sit logico necessaria ad construenda externa argumenta.

Quaeritur an Verbum infinitum sicut nomen? Rx negative. Fundamentum sumi debet ex voluntate Maiorum volentium ut particula NON praefixa verbo praecise aliquid neget nihil affirmet.

Denique Oratio est vox significativa ad placitum, cuius partium est aliqua significatio separata, non ut affirmatio et negatio sed ut dictio. Videatur Arra 1 citato.

SECTIO 2da
De propositione.

Communiter definitur quod sit oratio aliquid affirmans et negans. Et exactius sic. est actus intellectus iudicativus. nam prior est disiunctiva ut consequenter vitiosa, nisi materiae definiendae difficultas disiunctionem admittat.

Et in rigore quidem solum iudicium immediatum vocatur enuntiatio, discursus vero à sancto Thoma vocatur enumeratio, vulgo dicitur iudicium mediatum, quia mediante una propositione et duabus deducitur tertia, quae vocatur conclusio. latius loquendo etiam discursus est propositio et ideo in definitione praescinditur an sit actus mediatus vel mediate iudicativus.

Propositionum alia est simplex seu categorica quae constat tantum uno subiecto et uno praedicato. ~~Alia H~~

Alia Hypotetica quae constat ex pluribus categoricis. e.g., Deus praecipit, parendum est.

Hypotetica alia est causalis, quae componitur ex pluribus categoricis ita, ut una pendeat ex altera, et exponatur per particulam

q̃a. e.g. si sol lucet dies ē, sensus ē: dies ē q̃a sol lucet.
Alia ē conditionalis quando nim̃ apponitur partla si ut:
si Deum rogas exoras.

Disiunctiva ē cum p partla et coniungunt plures simplices
sibi et affirmas et negas copulativa ē quae casu ē nectit
p partla et: e.g. petrus est doctus et pius.

Nota, ad hoc ut propositio in rigore sit conditionalis n̄ requiritur
ut effectus necessario inferatur ex conditione, sed sufficere con-
nexione arbitraria pendente à voluntate illius, qui facit
propositionem conditionalem: ut cum dico si me rogas dabo imaginem
ubi datio imaginis pendet à tuis precibus veluti conditione,
sine qua n̄ dare imaginem: illa tn̄ conditio cum datione precisa
nexa ē p meam liberam voluntatem.

Quod si inter datione et precis nulla prorsus ~~[illegible]~~ ē connexio
debeat negari quod talis propositio foret conditionalis. e.g. si ego
studuero Turca saltabit, ubi inter saltationem Turcae
et meum studium nulla ē connexio, et consequenter n̄ ē conditionalis.

SECTIO TERTIA

De materia, forma, qualitate, et quantitate propositionis.

Materia propositionis alia ē remota, alia proxima.
Remota sunt ipsi termini. proxima ē habitudo terminorum,
et aptitudo ut invicem nectantur: quod contingit 3bus modis. 1o nectuntur
termini inter se necessario ut homo ē animal et hac ē materia necessaria.
2do contingunt sive accidentaliter: ut homo ē albus: et hac ē
materia contingens. 3tio ita sunt contrarii, ut nullo modo unae
possint necti: ut: homo ē lapis et hac ē materia impossibilis.

forma propositionis vocatur ipsa particula est quae.
Qualitas propositionis est veritas et falsitas. Item affirmatio et negatio: nam quaerenti qualis propositio respondetur esse vera et falsa affirmativa et negativa.
Quantitas propositionis est quatruplex universalis, particularis, indefinita et singularis, universalis designatur per particulas omnis nullus particularis per particulam aliquis. indefinita est cum voci universali non praefigitur signum ut, homo currit. singularis est, cum bring est singularis, ut petrus studet.

QUAESTIO QUARTA
De oppositione divisione definitione praesumptatione.

SECTIO IA Explicatur natura oppositionum.

Oppositio est repugnantia duarum propositionum secundum affirmationem et negationem.

Nota 1o ut duae propositiones inter se repugnent, debere utriusque subiectum et praedicatum esse idem. e.g. homo currit homo non currit nam si praedicatum est diversum non repugnat, sed possunt esse simul verae: e.g. cum dico homo currit et homo non studet.

Nota 2do per mutationem temporis a copula significati mutari statum oppositionis hinc istae duae non opponuntur: ego studeo et ego non studebo sed haec duae opponuntur ego studi et ego non studui.

Nota 3tio naturam oppositionis mutari si mutentur et omittantur adverbia et signa: ut ego non emendate scribo et ego scribo. his praemissis.

Contradictoriae omnium expeditissime sic definiuntur: sunt propositiones, quarum una ita negat quod altera affirmat (et e.g.) ut nunquam simul verae et falsae esse possint.

Unde colliges 1o has esse contradictorias, omnis homo non currit: aliquis homo non currit item has omnes homines currunt; aliquis homo non currit non item has omnes homines currunt. petrus non currit. ratio est, quia ad

falsificandum priore sufficit aliquem hominem currere, et cum sit ille non sit petrus. imo potest contingere ut petrus currat et paulus non currat, quo casu falsum est omnem hominem currere, quia paulus non currit; et falsum est petrum non currere, quia pono quod petrus currat; quo non sunt contradictoriae, nam contradictoriae in nullo casu excogitabili possunt simul esse falsae et verae.

Colliges 2 dò has duas non esse contradictorias omnes homines currunt. et aliqui homines non currunt.

Ratio est quia potest dari casus in quo utraque sit falsa. scilicet si solus petrus non currat, tunc falsum est quod omnes currant, ita falsum est quod aliqui non currant, nam aliquos non currere facit [illegible] plures quam unus non currunt; sed petrus non est plures quam unus, quo si solus petrus non currat falsum est quod aliqui non currant.

Contrariae sunt quando una est affirmativa vel alterna negativa v. ut omnis homo currit. nullus homo currit.

Subcontrariae sunt quando una est partis affirmativa altera partis negativa ut: aliquis homo currit aliquis non currit.

Subalternae quando una est vel altera partis et utraque affirmativa vel utraque negativa. ut omnis currit aliquis currit, vel nullus currit aliquis non currit.

TABULA OPPOSITARUM



SECTIO 2da DE PROprietatibus oppositionum.

Prima proprietas contradictoriae nunquam possunt esse simul verae vel falsae. probo. contradictoriae habent idem subiectum et praedicatum, ergo si simul essent verae debeant idem subiectum, v.g. album habere albedinem, et simul non habere, quod tam aperte repugnat ut clarius nec probari possit, nec debeat. Quis enim sanae mentis dubitare potest an simul possit verificari Deum esse et non esse?

Obiici potest eo has duas propositiones esse contradictorias, solus petrus currit. Non solus petrus currit sed haec possunt esse simul falsae: nam si petrus non existat falsa est prima quae dicit petrum currere et falsa est 2da quae ait petrum et alios currere, ergo vel non sunt contradictoriae, vel fatendum est ambas contradictorias posse simul esse falsas.

Respondeo esse contradictorias. et Dico negativam esse veram, quod non solus petrus currat: quae facit hunc sensum Petrus vel non existit, vel si existit non currit sine comite. haec est propositio disiunctiva ad cuius verificationem sufficit unum membrum verificari; sicut cum dico aliquis homo non currit. sensus est vel hic vel ille homo non currit et modo paulus non currat, tota propositio vera est, licet reliqui omnes currant. adeoque licet huius propositionis non solus petrus currit sensus esse possit: petrus currit et praeter eum currant alii: nego tamen id necessario sic explicari, nam praedicta propositio est de tertio adiacente, sive contingens ad cuius veritatem requiritur existentia obiecti, ergo sicut haec existentia non posita propositio affirmativa contingens est falsa, ita pari ratione negativa erit vera ex defectu solius existentiae obiecti.

Dices ergo etiam haec erit vera Non solus Deus est blasphemus.

Respondeo concedendo sequelam est enim hic sensus. vel Deus non est blasphemus, vel si est praeter eum aliquis alius est blasphemus, quae est propositio disiunctiva cuius 1mum membrum verum est, ergo tota erit vera. Et autem ideo exponi disiunctive quia ipsius contradictoria est copulativa faciens hunc sensum et Deus est blasphemus, et praeter eum nemo alius.

Obiicies 2do hae duae propositiones sunt contradictoriae homo semper est albus et homo non semper est albus et tamen possunt simul esse verae e.g. si Petrus semper sit albus et Paulus non semper sit albus, ergo contradictoriae possunt simul esse verae.

Respondeo negando esse contradictorias in sensu quem supponit obiectio, sed aio esse subalternas: ut autem sint contradictoriae debet in utraque propositione intelligi idem homo, e.g. Petrus.

Dices utraque contradictoria erit falsa cum de chymera dico distat a me et non distat a me. Respondeo negativam esse veram.

2 Da proprietas contradictoriae id est contrariae, unius non possunt simul esse verae. Ratio est evidens quia si ex contradictoriis una est, v.g. hac aliquis non currit: erit falsa, sequitur etiam hanc fore falsam omnis currit, possunt tamen simul esse falsae ut: cum solus Petrus currit falsa est utraque contraria scilicet omnis currit, et nullus currit.

3tia duae subcontrariae possunt simul esse verae, e.g. aliquis homo currit, aliquis homo non currit cum enim neutra supponat ex parte subiecti de homine determinato possit currente Petro et non currente Paulo utraque verificari ut

4to subcontrariae non possunt simul esse falsae. Ratio quia sequeretur contradictorias posse simul esse falsas. Probatur sequela subcontrariae sunt subalternatae contrariae sunt subalternantes, et ex falsitate subalternatarum sequitur falsitas subalternantium, ergo si subcontrariae sunt falsae, etiam contrariae erunt falsae, ergo omnes quatuor oppositiones erunt falsae, sed interitas continentur etiam contradictoriae, ergo etiam contradictoriae erunt falsae.

5ta ex veritate propositionis universalis affirmativae sequitur etiam veritas particularis affirmativae. Ratio quia haec continetur in illa, et cum de omnibus partibus distributive acceptis aliquid verum

affirmat, pot semp de una parte seorsim accepta vere affirmari e q̃ ex veritate partis n̄ seqt veritas ulis, qa in parte n̄ gtinet ulis, sicut in parte n̄ gtinet tota. Deinde sic argumentor.

Si ex parte vera seqeret ulis vera, iam itorum gdictoria poent esse simul vera qd sic probo.

Duae subalternatae pont ee simul, go si ex veritate subalternarum seqt veritas subalternantium, cum omnes quatuor oppositiones erunt simul vera, sed inter illas etm sunt gdictoria, go etm gdictoria erunt vera.

Ita ex falsitate subalternantis n̄ seqt falsitas subalternatae affirmativae: nam pot subalternata vera licet subalternans sit falsa, qd sic probo. Duae subgtiae pont ee simul vera, go subalternantium una necessario erit falsa, a tio qm itorum omnes quatuor oppositiones eent vera, et gsequenter etm gdictoria: go n̄ pot gcedi qd ex falsitate subalternantis bene inferat falsitas subalternatae.

De aequipollentia videat Philippus tract 2 part 2a c 3 et et Logica practica Patris Christophori Gonaldi p 2 c 2 rbi cum exacte tradit.

SECTIO TERTIA
De definitione.

De definitione

Definitio definit ab Arist. a topicorum ex oratio significans quod quid erat esse rei; sive: oratio explicans nostram rei per genus et differentiam vid: phil. p 2 t 2 c 10 Art 10 ubi eam explanat.

Obiici potest primo definitum non debet ingredi definitionem, sed hic ingrederetur, quia oratio est definitum, et ponitur in definitione.

Rx cum distinctione, definitum est oratio hoc ipso nomine expressa nega. est oratio alio nomine expressa concedo. hoc est licet definitio realiter sit oratio, non tamen secundum omnem conceptum est formaliter idem cum oratione, quia oratio latius patet, quam nomen definitio: sicut animal latius patet, quam homo. itaque cum dicitur definitum non debere ingredi definitionem sensus est, non debere idem mentem illud vocabulum quod definitur poni in definitione, v.g. definitio est definitio, et ensis est gladius.

Obiici potest 2do in hac definitione non potest definitum quoti cum definitione: nam hic definitur definitio in communi: sed definitio in communi non potest quoti cum singulari definitione, quia communia et singulare non quoti sunt; ergo in hac definitione non potest definitio quoti cum definitio.

Rx distinguendo maiorem definitio et definitum debent poni quoti loquendo de rebus significatis per definitionem et definitum concedo maiorem. loquendo de vocibus et conceptibus per quos res acquirunt denominationem definitionis et definiti, nego maiorem. sed hae voces: oratio explicans nostram rei &c non possunt quoti cum definitione concedo minorem, res significatae per has voces non possunt quoti nego minorem, et neg consequentiam.

Consequentia est hic, id quod per voces in hac definitione contentas significatur est definitio, nam hac definitur, ut ergo huius definitionis definitum est definitio in communi sed per ut confuse cognoscitur et hoc termino definitio exprimitur. ut ordinem vox clarius explicatur.

p hos tres: oratio explicans naturam rei per genus et differentiam, quod licet hi termini sint definitio, non tamen sunt definitio hoc ipso non et confuse cognita, sed clare, et in hac acceptione vera est quaestio, quae dico: omnis oratio explicans naturam rei per genus et differentiam est definitio et: omnis definitio est oratio explicans naturam rei, sicut verum est omnem hominem esse aut rationale, et omne aut rationale esse hominem.

Adeoque hic idem est definitio et definitum sed sub diversis conceptibus et vocibus ut dictum est.

SECTIO QUARTA
de divisione

Divisio est oratio, quae totum tribuit in suas partes. v. philippus.

Per hanc divisionem aliter cognoscitur obiectum quam per definitionem: quia divisio seiungit unum ab altero per conceptum: et quia definitio comparat partes inter se. Unde colligas, divisionem esse modum sciendi a definitione diversum, quia modi sciendi accipiunt diversitatem ex modo cognoscendi de quo alias.

Porro cum dividuntur partes integrales v.g. gallinae aquae respectu fontis, dicetur haec talis divisio integralis.

Cum vero dividitur genus album ex dicendo: albi una pars est fultus, altera albedo, erit divisio accidentalis.

Rursus datur divisio subiecti cum accidentia: ut: homo alius est doctus, alius rudis. Item accidentium in subiecta, ut: sanctum, aliud est homo, aliud angelus, et demum divisio accidentis in alia accidentia in genere: ut album aliud est dulce, aliud amarum, aliud frigidum &c.

Ut divisio bona sit 3ia requiruntur. 1mum nomen membra dividentia ob multitudinem pareant confusionem. 2dum nullum membrum includatur in altero. 3tium ut membra dividentia adaequent divisum. Unde si corpus dividens in animatum et quantum divisio mala esset,

qa corpus includit quantum.
Ite haec n̄ ē bona divio Leonis alia pars ē ultima, alia materia, qa de ē unio, qa ē tertia pars, qa n̄ posita reliqua duae partes n̄ adaequant divisum.

SECTIO QUINTA
De Argumentatione.

Argumentatio ē oratio in qa unum ex alio colligit.
Ut ons logicus discurrit, go et Theologus. Ubi vides ppositionem posteriorem deduci ex priori et vocat illatio, qa denotat per particulam ERGO: nam haec particula supponit et indicat connexionem inter obiecta utriusque ppositionis, ratione cuius connexionis unum ex alio deducit. Unde

Unde Colliges hanc particulam go male usurpari, nisi p̄dicta connexio adsit. e.g. Petrus ē philosophus, go rusticus ē astutus. Ubi vides inter philam, petri et astutiam Rustici nullam inter eadem connexionem, n̄ enim ideo ille ē astutus, qa hic ē philosophus: go particula go per abusum apponit.
e.g. cum dico: Petrus ē homo, go ē rationalis bene usurpat, qa inter rationalitatem et humanitatem intercedit connexio, et una ex altera legitime infert. Regulas bonae illationis alibi exponemus.

Species argumentationis sunt quatuor syllmus enthymema inductio, exemplum.
Materia syllmi ē duplex, remota, et proxima.
Remota sunt Trini, ex quibus constat syllmus.
Proxima sunt ipsae ppositiones, ex quibus conficit

Forma ē coordinatio harū ppōsionū.
Figura ē coordinatio medij trni, sive illig trni, cū quo dnt alii duo connecti p identitate. Nam in omni Syllmo dnt eo tres trni, quorū duo sint identificati cū tertio; ita ut inde possit deduci qd etiā illi duo trni sint identificati inter se, iuxta tritū axioma: quæ sunt uni tertio eadē, sunt eadē inter se.

Horū trnorū unus uocat medius. Alius uocat maius extremū. Tertius minus extremū. Maius extremū ē trnus qui in toto Syllmo sæpius pdicat, e.g.

Omnis philosophus ē discursiuus,
Omnis Theologus ē philosophus, gō
Omnis Theologus ē discursiuus.

In his tribus ppōsionibus trnus discursiuus bis pdicat, et ideo uocat maius extremū.
Sed hæc regula solū locū habet in ea figura modis directis ubi medius trnus semel subiicit, et semel pdicat, ita ut in conclusione ille trnus ponat loco subti, qui in pmissis fuit subtus, et alter loco pdicati, uti contingit in pdicta conclusione, in qua Petrus ē subiectū et discursiuus pdicatū, qui iidē trni etiam in pmissis eundē locū obtinuerunt. Aliquo in modis indirectis ea figura inuertit ordo trnorū in conclusione, et pdicatū ponit loco subti, e.g.

Omnis philosophus ē discursiuus,
omnis Theologus ē philosophus, gō
aliquis discursiuus ē Theologus.

Ideo in his modis indirectis ea figura cū nullū extremū sæpius altero pdicet, illud dici dt maius extremū, qd pdicat in maiori ppōsione, hoc ē in ea et ideo in hoc 2do Syllmo maius extremū ē to discursiuus.

Congruentia huius rei est et desumitur a propositione precedentia, quarum illa dignior censetur, quae antecedit, et ideo etiam predicatum antecedentis nobilius est quam predicatum consequentis.

Verum in secunda figura, ubi medius terminus in ambabus premissis predicatur, non habet locum precedens regula, sed dignitas extremi desumenda est ex conclusione, in qua id quod predicatur, erit dignius. e.g.

Omne animal est substantia,
nullum accidens est substantia, ergo
Nullum accidens est animal.

In hoc Syllmo 2dae figurae maius extremum est animal, quia saltem in conclusione predicatur; accidens vero semper subiicitur.

In 3tia figura iterum alter philosophandum est, quia medius terminus in illa bis subiicitur, unde necessarium est ut unus ex duabus ~~terminis~~ extremis bis predicetur, et alter semel tantum; igitur is qui bis predicatur erit maius extremum. e.g.

Omne animal est sensitivum,
omne animal est animatum, ergo
aliquod animatum est sensitivum.

Maius extremum est terminus sensitivum, quia in maiore propositione et in conclusione predicatur. Et haec denominatio maioris et minoris extremi est denominatio ~~tam~~ extrinseca, sicut et quod una ex premissis dicatur maior altera minor non est premissis intrinsecum, ratione dat Arria, quia in conclusione utraque existit simul tempore in intellectu. Quae ratio quantum momenti habet forte alibi excutietur.

Ex hoc cursim notandum est semper attendendum esse ad figurarum et modorum acceptiorem, et ideo principia ista, a quibus Syllmi dirigunt, non possunt aequaliter applicari.

Sunt autem duo principia vera, logica quae vocantur: dictum de omni et dictum de nullo a quibus pendet bonitas illationis Syllmorum 2ae figurae. Pro aliis figuris sunt haec duo principia Metaphysica:

quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se: et quae distinguuntur in uno tertio distinguuntur inter se, declaro breuissime in subiectis e. et primo quidem dictum de omni habet hunc sensum: quod quod dicitur de subiecto vniuersaliter sumpto, dicitur etiam de quo uis quod continetur sub illo e.g.

omne corpus est quantum,
omne animal est corpus, ergo
omne animal est quantum.

Duo termini extremi sunt animal et quantum. Medius terminus est corpus sub quo continetur animal, ergo si omne corpus est quantum, sequitur etiam esse id quod continetur sub corpore esse quantum: atque animal continetur sub corpore, ergo omne animal est quantum. sicut ex eo quod binarius sit numerus recte infero etiam denarium esse numerum, quia sub denario continetur binarius.

Dictum de nullo facit hunc sensum quod quod negatur de subiecto vniuersaliter sumpto negatur cum proportione de illo quod continetur. e. sit.

Nullum animal est inanimatum,
Omnis homo est animal, ergo
Nullus homo est inanimatus.

Sub animali uelut genere continetur homo, et genus latius patet, sive aptum est praedicari de pluribus, quam possit praedicari species: ergo si omne animal inaptum est praedicari de inanimato, etiam homo inaptus praedicari de inanimato; et ratio dictat, quod, si nullum individuum hominis sit irrationale, etiam potius non sit irrationalis, aliquinque dictoria simul essent uera, scilicet quod potius sive aliquis homo sit irrationalis et: quod nullus homo sit irrationalis quod impossibile est.

Hic discursus in modis directis ex figura euidenter praecedit: nam si maior est vniuersalis negatiua, in ea distribuetur maior extremum et medius terminus, et consequenter si de hoc vniuersaliter negetur, poterit etiam in conclusione negari de illo quod cum in propositione minore medius terminus fuit vniuersaliter identificatus, sicut in praedicto syllogismo de animali tanquam de medio termino vniuersaliter negatum est to inanimatum, et vniuersaliter in minore omnis homo fuit identificatus

cum animali, ergo in gelusione bene potest negari homo de inanimato dicendo: nullus homo est inanimatus, quia nullus animal est inanimatus.

At vero in modis indirectis gelusio invertitur, et ideo non tam clare apparent praedicta principia, eo quod in gelusione de subiecto aliquid praedicetur, et si illud subiectum in praemissis nunquam fuerit Vrtor acceptum. e.g.

Omne corpus est quantum,
omne animal est corpus, ergo
aliquod quantum est animal.

Huius gelusionis subiectum est terminus quantum, quia in nulla praemissarum fuit Vrtor acceptus, et ideo dictum de omni tantum per quaesitionem huius syllogismi applicatur, videlicet substituendo partem [illegible] scilicet huius aliquod quantum est animal ista: omne animal est quantum non haec quaeritur per accidens in priori.

Eadem ratio est in syllogismis 2dae et 3tiae figurae ostendo in e.

Nullum accidens est substantia,
Omnis anima est substantia, ergo
Nulla anima est accidens.

Hic syllogismus 2dae figurae in cuius gelusione to accidens negatur Vrtor de anima et tamen anima in neutra praemissa fuit Vrtor de aliquo negata, unde gelusi posset etiam id, quod [illegible] posse de eodem modo termino negari. Et apparet in 3tia figura in subiecto syllogismo.

omne corpus est substantia,
omne corpus est ens, ergo
aliquod ens est substantia.

Ecce terminus substantia in neutra praemissa fuit Vrtor sumptus, quia praedicatum propositionis universalis affirmativae sumitur dissimulative. Eodem modo nunquam extremum non sumitur Vrtor, quia et illud est praedicatum propositionis affirmativae: ergo nullum extremum praedicatur Vrtor de medio termino, et consequenter dictum de omni non habet locum.

Igitur per his figuris assignantur alia duo principia metaphysica ut sunt haec, quaecunque sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se

et quaeunque distinguuntur in uno tertio, et ad distinguuntur inter se de quibus in fine Logicae ex professo agemus. Nunc summatim finem imponimus, et disputationes logicas faventibus superis inchoamus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

THESES SVMVLARVM

numerus folium, quo reperiri possit significat.
P. principium. M. medium. f. finem folii denotat.

Terminus est is in quem resolvitur propositio, clarius
tamen et ad mentem artis est extremum propositionis. 1. f.
1 Terminus vocalis et scriptus proprie non est terminus, mentalis 4. f.
non proprie terminus dicitur. Terminus categorie est, qui per se sine 5. p.
additamento aliquid significat, et poni potest in propositione. 6. f.
Syncategorie non, qui per se nihil significat. 7. p.

Terminus generalis non est is, qui formam et substantiam significat. 9. f.
sed, qui significat aliquam rem per modum compositi. ab- 10. m.
stractum vero, qui significat per modum simplicis.
2 Terminus absolutus est, qui significat rem ad modum per se 12. p.
stantis. Connotativus qui significat rem per modum
alteri adiacentis. Terminus denominans (generaliter loquendo)
accipitur pro eo, qui significat per dictum aliquo modo. 14. f.
separabile ab eo quod denominatur: denominatio dividitur 15. p.
in essentialem et denominativam. prior est quando utrumque
significatum tam forte quam materiale accipitur in recto.
posterior est, quando solum materiale significatum importatur in
recto, forte in obliquo. denominatio in diversa ratione 15. m.
sumpta falsificat.

18. p. Tertius finitus est ille, qui aliquid determinatè significat
infinitans qui cum aliquid determinatè negat, nihil
ibi. tamen determinatè affirmat. Et hic tertius semper dicit aliquid
19. p. saltem indeterminatè affirmare et aliquid determinatè negare. 3.
Tertius strictè et antonomasticè negativus est ille
22. m. qui significat absentiam formae in subiecto incapaci. pri-
vativus, qui significat absentiam formae in subiecto capaci
22. p. positivus, qui aliquid reale, et non meram absentiam significat.
Tertius primo intentionaliter sumptus est, qui cum significat
rem independentem ab operatione intellectus, sive secundum
23. p. illa quae illi à parte rei conveniunt. 2do intentionaliter
sumptus est qui significat rem dependentem ab intellectu.
ibid. tertius communis, qui significat rem pluribus communicabilem. singulari- 4.
verò, qui significat rationem aliquam non pluribus communicabilem.
Univocus est is, qui pluribus tribuitur in eadem significatione
24. f. secundum idem praedicatum. aequivocus qui pluribus quidem
convenit sed sub diverso praedicato. Analogus
recte definitur, qui plura non aequaliter primo significat,
sed unum prius, alterum 2dario tantum.

Suppositio proprie loquendo est usurpatio vocis significativae pro suo significato. dividitur ipsa in simplicem, et personalem. illa est usurpatio termini pro suo significato 2do intentionaliter sumpto. Personalis est usurpatio termini pro suo significato ipso intentionaliter sumpto. dividitur 2do in singularem et indefinitam. haec est, cum termino communi non praefigitur ullum determinativum aut signum. illa est usurpatio vocis singularis. Porro cum termino communi praefigitur signum 4 duplex erit suppositio. videl. collectiva. distributiva, disiunctiva et confusa. 28. p. 30. p.

5.

Distributiva est, cum terminus communis affectus signo universali accipitur pro singulis inferioribus, ita ut praedicatum seorsim de singulis affirmari possit. Collectiva est cum omnia inferiora sumuntur simul per modum unius aggregati. disiunctiva (quam alii etiam determinatam vocant.) est illa cuius terminus communis affectus signo particulari verificatur in aliquo determinato inferiore. 30. p. ibi. 31. p.

6

Denique confusa est usurpatio termini communis disiunctivi accepti pro inferioribus, pro nullo tamen determinate. 30. f.

32. p. Praedicatum propositionis affirmativae tam universalis
33. m. quam particularis supponit disiunctive, non distri-
butive, neque confuse et contra praedictum propositionis
33. f. negativae supponit tam universalis quam particularis supponit 7.
distributive. ab universali distributiva bona est illatio
ad particularem affirmativam. a sensu distributivo
34. non ad collectivum, vel e contra non est legitima et
formalis consequentia.

40 p. Concreta accidentalia important in recto substantiam
40 m. et in obliquo formam. concreta personae in recto substantiam
sine personalitatem, concreta vero naturae important 8
4 f. substantiam in recto tam in divinis quam in creatis.
ad multiplicationem concreti accidentalis requiritur
43. multiplicatio rectorum. ad multiplicationem concretorum
substantialium tam personae quam naturae requiritur multiplicatio
personalitatum, sed ut multiplicentur concreta
substantialia naturae, requiritur multiplicatio perso-
nalitatis et naturae.

Nomen est vox declinata per casus. Verbum est 46. p.
vox giugata per tempora. oratio autem est vox ubi s
significativa ad placitum, cuius partium est aliqua
9. significatio separata non ut affirmatio et negatio, sed 47. p.
ut dictio. Cuius definitio propositio quae sit oratio aliquid ubi m.
affirmans vel negans, exactius tamen sic. est actus intellectus
indicativus.

Propositionum alia est simplex, seu categor: quae 47. f.
constat tamen uno subiecto et uno praedicato. ~~alia hypothetica~~
quae constat ex pluribus categoricis. haec subdividitur
in causalem, quae componitur ex pluribus categoricis ita ut
10. una pendeat ex altera, et exponatur per particulam quia.
et in disiunctivam, haec est, cum per particulam vel giunguntur 48. p.
plures simpliciter vel affirmans vel negans. copula-
tiva autem est illa, quae easdem nectit per particulam Et.

Materia propositionis alia est proxima, alia remota 48 f.
remota sunt ipsi termini. proxima est habitudo
11 terminorum et aptitudo ut invicem nectantur. Quali-
tas propositionis est veritas vel falsitas: item affirmatio 49 p.
vel negatio. quantitas autem propositionis est quaeruplex universalis
particularis: indefinita et singularis etc.

49. m. Oppositio est repugnantia duarum propositionum secundum
49. f. affirmationem vel negationem. contradictoriae bene defi-
niuntur: propositiones quarum una ita negat, quod altera
51. p. affirmat vel e contra ut nunquam simul verae vel falsae
50. m. cum point. contrariae sunt, quando una est affirmativa vniuersalis
altera negativa vniuersalis et hae non possunt simul cum
52. m. verae, possunt tamen simul cum falsae. subcontrariae sunt, quando
50. f. una est ~~vniuersalis altera~~ particularis ~~utraque~~ affirmativa, ~~et~~
52. f. ~~utraque negativa~~. altera particularis negativa. et hae
possunt simul cum verae, non tamen simul falsae. subalternae
quando una est vniuersalis altera particularis et utraque affirmativa
50. f. vel utraque negativa. Ex falsitate subalternantis
53. m. non sequitur falsitas subalternatae affirmativae

Definitio est oratio quidquid erat cum rei, sive oratio
54. p. explicans naturam rei per genus et differentiam. divisio est
est oratio, qua totum distribuitur in suas partes.
Argumentatio cuius sunt quatuor species. syllogismus sc.
enthimema, inductio, exemplum, est oratio, in qua
unum ex alio colligitur.

12.

13

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST